



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

LXXXV. Herzog Otto von Braunschweig und Herzogin Agnes machen den Gewandschneidern zu Salzwedel Zugeständnisse, am 4. Juli 1323.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](#)

dios ordei parus mensure cum XVI pullis. Preterea idem dominus Bertoldus de sepedictis bonis sic ordinando statuit, Quod Magister caritatis Canonicorum supra dictorum prefata debet percipere bona et de uno choro in quantum valet ipsorum infirmis cereuifiam procurare, De ceteris autem in quantum poterit ipius dominis sive Canonicis Cereuifiam ad collacionem idem Magister caritatis debet in perpetuum ministrare. Nos autem sepefata bona ad tam pium opus ordinata Volumus ab omnibus exactionibus angariis et perangariis libera esse et absoluta preter communem precariam, quam dilectissime Conthorali nostre, domine Agneti, reseruamus — — Datum Anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXI<sup>o</sup>, in die sancte virginis Katherine.

Dannell's Kirchengesch. v. St. Salzwedel, S. 8. №. 18.

LXXXV. Herzog Otto von Braunschweig und Herzogin Agnes machen den Gewandschneidern zu Salzwedel gewisse Zugeständnisse, am 4. Juli 1323.

Dei gratia nos Otto, dux, et Agnes, ducissa Brunswicensis, recognoscimus fideliter per presentes, quod cum matura et exacta deliberatione nostrorum fidelium subscriptorum, duximus presentibus firmiter statuendum, mandantes ac precipientes sub uirtute nostri fauoris et gratie, ne aliquis in utraque nostra ciuitate Soltwedell habitans et generaliter nullus in districtu seu Advocacia Soltwedelensi de cetero pannum incidere presumat seu diuisum seu indiuisum uendat, nisi tantummodo in antiqua nostra ciuitate Soltwede in communi theatro pannicidarvm, quiue pannicidarum eorundem habeat confraternitatem, que ghilde dicitur, seque debito modo seruet et rexerit in eadem. Si uero aliquis ciuium predicte utriusque ciuitatis Soltwedel hoc nostrum statutum ausu temerario infringere aut violare presumperit et testimonio duorum proborum Burgenium ibidem de hoc conuictus fuerit, talis pro qualibet uice tres marcas argenti Brand., de quibus nobis duas et dicte fraternitati unam, continuo vadibat. Preterea si quis in predicto districtu seu aduocacia Soltwedelensi extra muros Soltwedelenses pannum inciderit et per duos idoneos viros de hoc connectus fuerit, talis pro qualibet uice nobis solum tres marcas argenti continuo vadibat. Nolentes per hoc statutum libertatis, quas in nundinis predicta utraque ciuitas Soltwedel habet et habera consuevit, aliquatenus derogare. In quorum omnium testimonium ualidum nostra sigilla presentibus de nostra certa scientia sunt appensa. Presentes fuerunt Guncelinus, Wernerus et Busso de Bertensleue, Ludolphus de Hollege, Albertus de Aluensleue, Borchardus de Asseburg et Gbeuerhardus de Weuerlinge, milites, Jordanus de Camp, noster aduocatus, cum aliis fide dignis. Datum Wolfenbottle, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXIII<sup>o</sup>, die sancti Odalrici.

Nach dem Originale im Salzw. Archive XIV, 10.